

Franckesche Stiftungen zu Halle

Io. Henr. Callenbergii Observationes Variæ

Callenberg, Johann Heinrich

Halæ, MDCCXXXIIX.

VD18 90816935

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.


Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)



JO. HENR. CALLENBERGII
OBSERVATIONVM
VARIARVM
PARTICVL A IV.

Halæ cito 10 cc XXXIX.



I.

Recognosce, sis, quid veteris ecclesiæ scri-
ptores docuerint de vita litterata, a scri-
pturæ sacræ studio inchoanda; quæ
fuerit illorum sententia de indole hæretici, de
adhibenda disputationibus moderatione, de
lectione compositorum ab ethnicis viris libro-
rum;

a

rum;

Scripturæ sacræ studio. *Centur. Magdeburg. centur. IV. 85. b.*

Indole hæretici. *August. tom. VI. 89.*

Disputationibus. *Gregor. Naz. Antw. 1612.
167.*

Ab ethnicis viris. *Cotol. Patr. apost. vol. I.
198. Petzii thesaur. anecdot. tom. III.
part. II. 487.*

2 OBSERVATIONVM VARIARVM

rum ; quomodo reprehenderint gentiles jurandi formulas , profanasque cantilenas.

II. Limites, quibus pontificii hæreticorum librorum lectionem circumscriperunt, in appendice quodam operum Hieronymi delineati sunt.

III. Cambolæ memoratur scriptum , ex quo, si ad manus esset, pateret, quomodo in Hispania ecclesiæ , scholarumque doctores præparentur.

IV. In epistolis Guidonis Bentivolii exempla deprehendes occupationum iudiciorum, quibus pontificis romani legati subinde tempus transmittunt.

V. Quod in doctrina de fato vituperavit Jen-

Jurandi formulas. *Tertull. Venet.* 1701.
80. col. 2.

Profanasque cantilenas. *Cotel. vol. I.* 300.
Operum Hieronymi. *Paris.* 1643. tom.
IX. append. advertentia. 49. col. 1.

Cambolæ. *D. de Cambolas idea cætus, concionatoribus, informatoribus informandis addicti, ad munus suum in Domino, ex voto ecclesiæ,* & ita, ut oportet eos loqui, obeundum ; *Tolosæ. Videatur Saussay in panoplia sacerdotali p. 815.*

Guid. Bentivolii. *Lettres, Bruxelles,* 1713.
e.g. p. 388.

Jenckinus Thomasinus, sub quo nomine illustre Angliae decus latet, dignum est, ut perpendatur.

VI. Memorabilis legitur Joannis van der Wayen confessio : satis hucusque de doctrina contendisse theologos, nunc inculcandam esse pietatem.

VII. Passim celebratur pietas, fidesque Elisabethæ, quæ Christiani II. infelicis Daniæ regis,

a 2

Jenckinus Thomasinus, in *historia Atheismi.*

17.

Jo. van der Wayen. *de interprete scripturae, præf. XXXI. b.*

Elisabethæ. *Lutheri Epist. tom. II. fol. 311.*

Spatatinus im Leben Churf. Fridericks, ad annum 1523. Cruciger in 1. Timoth.

76. Io. Baazii hist. eccles. Svecorum, Linæping. 1642. Seckendorfi hist. Luth.

teutsch. 600. 752. Herm. van der Hardt hist. litter. Reform. 93. 133. 153. a. Lu-

therus : die kænigliche Frau und wahr-

haftige Kænigin, Elisabeth, des Kænigs

in Dænemarck Gemahlin, ist gestorben, wie

mir Kænig Christiern selbst geschrieben.

Sie ist aber in grossem Glauben verschieden, hat das heilige Abendmahl auf die

Weise, wie es Christus eingesetzt, empfan-

gen ; und ob ihr wohl von den Grossen

heftig

4 OBSERVATIONVM VARIARVM

regis, conjux fuit. Memini optare Augustum Hermannum Franckium, ut vita ejus plenius enarraretur.

VIII. Solent orphanotrophei Halensis præceptores statu tempore conuocari ad deliberandum de rei scholaſticæ recta ratione, & successu; in quo vera non minus alumnum pietas, quam eruditio spectatur. Præfuit olim conuentui Joannes Daniel Herrnschmidius, multaque prudenter monuit & consuluit. Hæc magna ex parte conscripsisse dicitur Joannes Guilielmus Hartmannus, studiosus theologiæ, qui postea docuit in schola cœnobii Magdeburgici, quod Mariae virginis dicatum est.

IX. Henricus Christianus Frommannus, agnita gentis suæ judaicæ defectione, ad antiquæ veritatis professionem transgressus, sub ductu meo patriæ literaturæ apparatum insignem ad patefaciendam, vindicandamque veritatem adhibere cœpit; sed die II. Jan. anni circiter 1535. præmatura morte nobis ereptus est.

X. Graſſe-

bestig zugesetzt worden, sich doch nicht bereden lassen, wiederum zu dem pabſtlichen Glauben umzutreten. Dann Christus wolte auch einmahl ein Wilpret im Himmel haben.

X. Grafferus in Plaga sua regia : *hoc autem tempore, inquit, Arabes illi Mechanis (Lusitani hos Mauros vocant) a Lusitanis irritati, in Indiae orientalis, qua versus austrum declinat, partibus, de religione sua propaganda non minus laborare dicuntur, quam Iesuitae : in abnuentes etiam non minus crudeliter feruntur saevire, quam Hispani. Nam & Calluph Mechanus, (qui verus muhammedanorum papa, Mahometisque successor est) in prædictas regiones suos subinde emissarios, homines acres, & in lege sua exereitatos, submittit, qui & paganis alcoranum prædicant, & Iesuitis armis & voce accerrime resistunt. Id partim habeo ex epistolis indicis Iesuitarum, partim ex mercatorum Batauorum relationibus : ex quibus constat, Mauris illis affectas in illis regionibus, & potentes etiam patronos, non desse, qui religionem hanc ferro & igne propagare student. Testanturque Bataui, se in insula Iaua regem Balimboe a numerose Muhammedanorum Indicorum exercitu obfessum comprehendisse, qui in extrema senecta cum, ut suam sectam ampelecteretur, cogere volebant. Sed & iidem Belgæ tum in confictu quadam insignem Maurorum præsidem interfecerunt, qui a Calluphe eo missus erat, ut res Musulmannicas ibidem curaret : quem ob pietatis & doctrine*

a 3

Plaga sua regia. p. 151.

6 OBSERVATIONVM VARIARVM

*doctrinae opinionem in magna apud gentes illas
veneratione habitum affirmant. Addunt &
hoc, Iauenses illos ante annos primum XXXIV
Muhammedisnum recepisse. Scribunt autem
hoc anno MDXCVI.*

XI. Suleimon II. turcorum imperator, in
vicini Aleppo horti ædibus conuentum pur-
patorum egit, consultans : salutine publicæ
conuenientius sit, judæos ferre, an ejicere pro-
vinciis, & exstirpare. Singuli sententiam dixe-
runt, ac censuerunt plerique, illos, quod graui
& iniquissimo fœnore adfligant ciues, non am-
plius esse tolerandos. Imperator, auditis il-
lorum suffragiis, suam quoque aperuit senten-
tiam : adspicite, inquit, varia genera florum,
eorumque colores pulcherrimos. Nonne alii
aliis decorem diuerso colore, formaque con-
ciliant ; vnoque illorum euanescente, reliquo-
rum pulchritudini aliquid decadat, necesse
est ? Adfirmantibus id omnibus, quid hoc
adumbret, pluribus exponere aggressus, quot
nationes sub sua potestate habeat, declarat,
videlicet turcos, æthiopes, græcos ; ostenditque,
illis in unum collectis, maximam ena-
tam imperii dignitatem. Ejus splendor ne
minuatur, se consultum ducere, omnes, qui
hucusque una vixerint, in posterum quoque
tolerare.

XII.

In posterum tolerare, Rauwolfi reise-
schreib. 70.

XII. Erat anno cccc xix. Cairi inter satrapæ ministros, quos zauschios vocant, quidam, nomine Suleimon, vir honestus, septuagesimum ætatis emensus annum, qui non contemnendas opes, vxorem, liberosque habebat. Natus fuit parentibus christianis, agriculturam exercentibus; sed postea, cum in turcorum venisset potestatem, muhammedicis sacris se addixit. Sexies Meccana peregrinatione fatus, cum in sacris locis nihil vidisset, nisi stulte facta, de suscepta hac religione doluit. Adficto oblatus in somnio vir, verba hæc in medium protulit: si salus tibi tua cordi est, redi ad Christi doctrinam, neque te minis promissisque ab hoc proposito depelli sine: si asperneris monitum, æternis adfligeris cruciatibus. Ille, surgens e lecto, ac humili prostratus, Christi opem implorauit. Deinde, imposta capiti cidari cærulea, qua christi cultores, inter Turcos agentes, vti solent, domo egressus est. Turci interrogarunt, quid hæc fibi velit cidaris? Respondit Suleimon: esse signum veri christiani. Illi verba hæc eum omittere jubent, gravibus additis minis. Ipse libere profitetur: cur me tacere jubetis? Melius edocitus, alios etiam docere possum, doctrinam Christi veram esse, & salutarem. Muhammedus ne suæ quidem saluti consulere potest; tantum abest, vt aliorum prospicere possit saluti. Pro insano habitus ad Satrapamducitur;

citur; apud quem, Meccanorum sacrorum vanitate proposita, rectæ religionis susceptæ professionem intrepide edit. Satrapa vinculis constrictum detrudit in receptorem delirorum carcerem. Interiectis diebus nonnullis, Suleimon dicit: indicent satrapæ, a se procul esse dementiam; tantum se sapere, quantum ipse; pro sanæ mentis indicio habendum, si quis saluti suæ prospiciat: faciat, quidquid velit; se morte non minus, quam vita, Christi fore sectatorem. Renunciata hæc sunt satrapæ, qui præcipit, ut, explorata adhuc per aliquot dies mente, animoque Suleimonis, ipsum postea, si mentis compos, ac pertinax reperiatur, in ignem injicient. Auditio satrapæ mandato, Suleimon: hoc esse, inquit, quod velit: malle enim se pro Christo mori, quam infinitos perpeti cruciatus. Transacto quatuor, aut quinque, dierum interuallo, reducitur ad satrapam, qui ex eo quæsuit: velitne suppli- cium pro christiana religione ferre? cum religionis muhammedicæ fuerit propugnator, quid ipsum impellat, ut renuntiet ei? Ad hæc Suleimon: num faciant mandata Sultani, Muhammedis, dudum mortui, an Sultani viuentis? Illi respondent: viuentis. Tum perrexit in sermone suo Suleimon: Chri- stum, salutis suæ auctorem, in vitam rediisse, euectum in cælum, perpetuo viuere. Quo- circa se fiduciam collocare in Deo viuo, non autem

autem in Muhammedo mortuo; malleque
hic cruciari, quam æternum subire cruciatum.
Turcus, Emir Effendi titulo insignitus, alapam
ei impingit, additis verbis: nefanda hæc co-
ram Basla dicas? Suleimon: post triduum,
magno ipsum se videndi desiderio flagratur-
rum. Sed rident, damnatumque ducunt per
portam, babelnaser appellatam. In via hymnis
excitat animum, preces fundit, ac obuiis chri-
stianis a Deo precatur pacem & salutem. In
supplicii loco supplex Numen rogauit, vt suis
ignoscat peccatis, deplorans vitam anteactam.
Rogo impositus, assidue inuocat Christum,
vsque dum exspirat. Accidit hoc dicti anni
mense martio. Interjecto triduo, mortem
obiit Emir Effendi. Fama percrebuit, hunc Sa-
trapæ fassum esse: se mala conscientia inquie-
tari; sibi satis superque innotuisse, quod Su-
leimon recta via incesserit, peruereritque in
cælum; se per quietem vidisse illum cum viro,
qui ita se affatus sit: si seruari vis, te oportet
me fide amplecti, meis insistere vestigiis,
idemque facere, quod hic fecit. Initio con-
filio, satrapa eum, clam strangulatum, noctu
curat domum deportari; unde postero die
elatus est, dissipato rumore, illum repentina
morte deceſſisse.

b

XIII.

Morte deceſſisse. *Io. Wildens itinerary,*
Nürnberg, 1613. p. 121.

XIII. *Supplementum particularum juris circa christianos muhammedici, ex Alcorano petitum.* Quotquot sectæ suæ dediti non sunt, eos impuros uniuersem pronunciauit Muhammedus: *o fideles, inquit, utique ad sociantes sunt vobis impuritas.* Eos non patitur ingredi templa Moslemorum: *non conuenit ad sociantibus frequentare templa Dei.* Tantummodo illi frequentent Dei templa, qui Deo fidem habent. . . Minime (infideles) templo sacrosancto propinquent. Cibo tamen eorum, qui divinos possident libros, frui possunt Moslemi, sicut horum dapibus illi. Disserte hoc affirmat Muhammedus: *cibus eorum, quibus scriptura data fuit, licitus est vobis; Et cibus veteri licitus est illis.* Initio non edixit suis Muhammedus, vt, ob solum nouæ religionis contemptum, aliis bellum inferrent; sed alias belli caussas commemorauit. Tum sanxit, vt illicitum bellum vi repellant: *pugnate, dixit, in via Dei, in illos, qui in vos pugnant; nequam vero transgrediamini.* Cum primis hoc pertinet ad locum templi Meccani: *ne oppugnetis illos apud templum sacrosanctum, donec vos*

Vobis impuritas. Sur. IX. 28.

Sacrosancto propinquent. IX. 17. 18. 28.

Licitus est illis. V. 7.

Caussas commemorauit. II. 186.

Qui vos oppugnant. II. 186.

vos ibi oppugnet. Fœderis etiam violatio,
vatis hortatu, ad belli vindictam rapiebat
Moslemos. Præceptum in Alcorano est : si
violauerint jusjurandum suum, postquam fœdus
iniuerunt . bello perseguimini infidelitatis an-
tistites .. Quidni oppugnetis homines, qui suum
violent jusjurandum ? Sic quando gens huic
religioni conuiciabatur, Muhammedi judicio,
causam dabat belli suscipiendi. En sanctio-
nem ejus : si maledixerint religioni vestrae, op-
pugnate antistites infidelitatis. Postea præce-
pit, vt persequantur bellum, donec hostes
sacra Moslemorum amplectantur, aut certe
non amplius horum fides & religio periclitetur : belligerate aduersum illos, dum non sit
periculum corruptela, sed sit religio Deo. Alio
loco : ne obedias infidelibus , sed bellum gere
contra eos pro illo (Alcorano) grauissimum.
Item : si tergiuersentur (nouerint emigrare
patria, suscepta religione Islamitica, & hanc
tueri) capite eos, & ipsos occidite, ubique
eos inueniatis. Præ cæteris vicini crudelissi-
mæ huic legi subjiciuntur : o fideles, inquit

b 2

tyran-

Vos ibi oppugnet. II. 187. coll. 189. 213.

Violant jusjurandum. IX. 12. 13.

Si maledixerint. IX. 12.

Sit religio Deo. II. 188. coll. 186. 187.

Ne obedias. XXV. 54. coll. IX. 74. LXVI. 9.

Eos inueniatis. IV. 91.

tyrannus, bello inuadite eos, qui vobis vicini sunt ex infidelibus. In bello crudelia in hostes facinora jussi sunt facere. Ita se alloquenter Muhammedus inducit Deum: o! propheta, belligera cum infidelibus & simulatoribus, & saui in eos. Alio loco dixit: experiantur in vobis, fidelibus, infideles, in bello, sauitiam. Nefas habetur, infidelem fidelis conjugis matrimonio esse junctam: non sunt ipsa fideles feminæ, licita illis, nec hi, infideles viri, iisdem sunt liciti. Pœnam impudicus persoluebat impuro matrimonio; scilicet scortatori nulla permittebatur in conjugium, quam muliercula, quæ in propatulo habuisset pudicitiam, aut dedita esset diuersæ ab Islamitica religioni. Scortator, inquit Muhammedus, non ducat uxorem aliam, quam meretricem, aut Deo adjungentem socios. Et meretrix nulli nubat, quam scortatori, aut viro, qui falsa Deo adsoiat numina. Vxor, quæ reliquo marito infideli, ex patria in Moslemorum sedes transfugit, illi non potest restitui, sed ipsi datur facultas nubendi Muhammedano. Extat in Alcorano hæc lex: Cum venerint ad vos mulie-

Vicini sunt. IX. 124.

Sæui in eos. IX. 74. coll. LXVI. 9.

Experiantur in vobis. IX. 124.

Iisdem sunt liciti. Alcor. LX. 10.

Adsoiat Numina. XXIV. 3.

mulieres fideles, que transmigrarunt; explorate illas. Deus optime nouit illarum fidem. Quodsi cognoveritis, eas esse fideles, ne remittite eas ad infideles. • Non erit crimen, si vobis illas matrimonio jungatis, dummodo debitis debitam ipsis mercedem. Quando christianorum judicia exercentur, sententia ferenda est ex præscripto Noui Testamenti. Probat id Alcorani locus: judicium instituant euangelii sectatores secundum id, quod tradidit Deus in illo.

XIV. Lingua arabica eandem rem & actionem pluribus saepe exprimit vocabulis: quorum tamen unum reliquis notius est, usque tritus. Illis igitur, qui scribendo fando-
ve Muhammedanis ostensuri sunt salutis ratio-
nem, suasor sum, ut in primis vocum, qua-
rum usus communior est, notitiam paret. Sa-
lomo Negri iis, qui Arabis carerent ductu,
indicantis, quid in quorumuis codicum ser-
mone usitatus sit, consulebat, ut versiones se-
querentur bibliorum; præsertim, si quis ho-
mines christianos, hac lingua utentes, fru-
etum vellent participare. Præterea non erratu-
rum mihi videtur illum, qui eo fine legerit
etiam Arabum codices, quibus theologia dog-
matica & jurisprudentia continetur. Cate-
chismi

b 3

Debitam ipsis mercedem. LX. 10.

Deus in illo. V. 51.

chismi parui, cuius auctor Lutherus est, translatio arabica, & Colloquia, a me vulgata, idem sermonis genus habent. Non pauca Alcorani verba, maxime apud vulgum christianum subobscura sunt. Oratio tamen apud Moslemos ad Alcorani normam dirigenda est, ejusque polita locutionibus nullam parit obscuritatem.

XV. In bibliotheca Halensis orphane trophei reperiuntur duo Alcorani exemplaria, manu exarata: unum majoris, alterum octauæ, quam dicunt, formæ. In utroque deest principium, Surata prima & secundæ parte recisa. Ista cum editione Hinckelmanniana cœpi conferre, ac in ipsis suratarum inscriptionibus plura differentiæ reperi exempla. Codex minor rarius ab editione Hinckelmanniana discrepat.

Sur. III. a) Hinckelmanniana editio habet commata 200. codex major 100.

b) vox, Medinensis, apud Hinckelmannum collocata est post vōcem Amran; in majore. codice ultimam locum tenet.

IV. a) Apud Hinckelmannum sunt commata 175, in codice majore 176.

b) Vox, Medinensis, deest in eodem codice.

V. Apud Hinckelm. sunt commata 120, in cod. maj. 123, in minore 106.

VI.

VI. Hinckelmannus habet وَخَمْسٌ وَسِتُّونَ
sed codex minor وَسِتُّونَ وَخَمْسٌ.

VII. Apud Hinckelmannum reperiuntur
commata 205, in utroque codice 206.

IX. a) apud Hinckel, sunt commata 76. in
cod. minore nulla fit commatum mentio.

b) Hinck. suratam Medinæ, cod. maj. Mec-
cæ tribuit, cod. min. nullum memorat locum.

c) Hinck. locum ponit post الْأَنْجَلَى sed cod.
maj. in fine.

IX. a) Hinckelmannus habet commata 130.
codex major 127. minor 129.

b) In codice minore prætermissa est vox
الْتَوْدِيَةُ

X. a) Hinckelmanno & codici majori sunt
commata 109. sed minori codici 140.

b) In codice minore desunt hæc، السَّلَامُ وَالْمُلْكُ

XI. Dicta verba in minore codice denuo
prætermissa sunt; idque etiam in reliquis
Suratis obseruaui.

XIII. Hinckelmannus cum majore codice ha-
bet commata 43, codex minor 45.

XIV. De numero commatum verba Hinckel-
manni sunt اَنْتَانَ وَخَمْسُونَ sed in utroque
codice reperiuntur hæc: خَمْسُونَ وَإِثْنَانَ

XV. Commatum numero codex minor præ-

positum habet وَابْنَهَا

XVI. Apud Hinckelmannum & in codice
majore commata 128. in codice autem mino-
re 120, reperiuntur.

b 4

XVII.

16 OBSERVATIONVM VARIARVM

XVII. a) Apud Hinckelmannum sunt commata 111. in codice majore 110.

b) الاسماء non extat in codice minore, sed id, quod index Hinckelmannianus interpositionis signis inclusit.

XVIII. Hinckelmannus commata 110, at minor codex 120. memorat.

XIX. Ille 97, hic 90.

XX. a) Ille 135, hic 130.

b) In codice majore deest inscriptio.

XXI. a) Hinckelmannus profert 112 codex major 110. commata.

b) Verba، علیهم السلام non inueniuntur in codice minore.

XXII. a) Apud Hinckelmannum commata sunt 78, in codice minore 75.

b) præterea in dicto codice voces, numeri indices, sic transpositæ sunt :

XXIII. a) Hinckelmannus, majorque codex, commata habent 118, minor 109.

b) Apud Hinckelmannum legitur الموسويين in utroque codice الموسويون

XXV. Codex major vocem ﷺ in fine locat.

XXVI. Hinckelmannus commemorat 228, codex major 223, minor 220. commata,

XXVII. Hinckelmanno sunt 95 commata, codici majori 94.

XXIX. Hinckelmanno 69, codici majori 64, minori 70.

XXXII.

XXXII. a) Hinckelmanno 30, codici majori 24.

b) Loco vocis **جَرْكِي** vterque codex profert interpositionem Hinckelmannianam.

XXXIII. Pro **أَكْزَابِ** in vtroque codice scribitur **أَلْأَحْزَابِ**

XXXV. a) Hinckelmannus habet 45 commata, codex major 54.

b) Ille **فَاطِرُ الْبَلِيْكَةِ** hic

XXXVI. Apud Hinckelmannum sunt 83 commata, in codice minori 88.

XXXVII. Apud Hinckelmannum 182, in codice majori 180, in minori 80.

XXXIX. a) in codice majori solo loci injecta est mentio.

b) Apud Hinckelmannum reperiuntur commata 88, totidem in codice majori, in minori vero 85.

XL. Hinckelmannus, minorque codex habent **الْطَوْلِ**, **الْمَوْمِنِ**, sed major

XLI. a) **حِمْ** in vtroque codice omisum.

b) Hinckelmannus & codex minor habent **فَصْلَتْ** **أَلْسَبِدَةِ** sed codex major

XLII. a) Voci **الشَّوَّعِي** vterque codex admitt articulum.

b) **خَيْرِ** non reperitur in codice majori.

XLIV. a) **خَيْرِ** abest in codice majori.

b) Hin-

b) Hinckelmanno & codici minori sunt 59, sed codici majori tantum 50 commata.

XLV. Hinckelmannus habet 36 commata, codex major 35, minor 37.

XLVII. a) Apud Hinckelmannum reperiuntur haec verba صلی اللہ علیہ وسْلَمْ in vtroque codice ﷺ

b) Hinckelmanno sunt 40, sed utriusque codici 38 commata.

L. Hinckelmannus & codex minor habent 45 commata, codex major 40.

LII. Hinckelmannus 48, vterque codex 49.

LIII. Hinck. 61. codex major 60, minor 62.

LV. Voci الرحمن addit عزوجل

LVI. Hinck. & cod. min. habent 96 commata, cod. maj. 26.

LIX. a) apud Hinckelmannum est المجدلة،
in vtroque codice المجادلة

b) Hinckelmannus & codex major habent 22, sed codex minor 20 commata.

LIX. Hinck. 25, vterque codex 24.

LX. Voci المحمدة quæ ab Hinckelmanno & in codice majori usurpata est, in codice minori substituitur الموتى

LXIII. Hinckelmannus habet المناقبيون
vterque codex المناققون

LXIV,

LXIV. Hinck. & cod. min. habent 18, cod. maj. 19 commata.

LXV. Hinck. & cod. min. 12, cod. maj. 13.

LXVI. Hinck. 12, codex vterque 13.

LXVII. Apud Hinckelmannum & in codice minori legitur كـ الـ اـ لـ اـ كـ، in codice majori المـ نـ يـ وـ الـ كـ

LXXI. Apud Hinckelmannum نـ وـ الـ قـ لـ، in vtroque codice الـ قـ لـ

LXXI. a) apud Hinckelmannum عـ لـ هـ السـ لـ اـ مـ، in cod. maj. مـ، in minori neutrum.

b) apud Hinck. numerus 29, in vtroque codice 28 commatum.

LXXII. Apud Hinck. & in cod. min. 28, in maj. 38.

LXXIII. a) apud Hinck. & in cod. min. الـ نـ مـ، in maj. الـ نـ مـ.

b) apud Hinck. & in cod. min. numerus 20, in maj. 31. commatum.

LXXIV. apud Hinck. 55. in cod. min. 56.

LXXIX. apud Hinck. 41, in cod. vtr. 40.

LXXIX. apud Hinck. 47, in cod. vtr. 46.

LXXX. apud Hinck. & in cod. min. 42. in maj. 43.

LXXXI. a) apud Hinck. 28, in cod. vtr. 29.

b) apud Hinck. & in cod. maj. الـ نـ كـ وـ يـ، in cod. min. كـ وـ يـ

XVI. Anno 1510 cxcvii. Joannes Henricus Majus dissertationem hebræam edidit hoc consilio, ut juuenes & ad studium linguae sanctæ impellerentur, & habiles euaderent ad docendum Iudeos. Inscriptio dissertationis est de benedictione sacerdotali. Respondentis officio fungebatur Rudolphus Martinus Meelführer. Verba autoris de scripti fine hæc sunt : *utilem aliquando operam præstabis, ac optime mereberis de christianis & Iudeis, si, quod diu multumque optarunt iusti rerum arbitri, contra Iudeos hebraico vel rabbinico sermone stylum strinxeris, qum nostrorum scripta, alia in lingua iis opposita, quantum vis solide, non legant.* Deinde citat viros, qui idem institutum in academias introduxerint ; Menonem Hanneckenium Marpurgi, Gissæ Helicicum, Bohlium Rostochii hebraice disputantes.

XVII. Justinus M. de tolerantia imbecilitatis judaicæ sic disputat : *Trypho interrogauit : quid si quisquam, hæc ita se habere sciens, præter id, quod hunc Christum esse norit scilicet & credat, eique pareat, ista (leges cæremoniales) insuper seruare velit ? vtrum saluus erit ? Ego, vt mibi quidem videtur, o Trypho, saluum talem fore, ajo, si alios mortales,*

Sic disputat : *in dialogo cum Tryphonie Iudeo. Opp. edit. Colon. 1686. p. 265*

tales, (eos autem dico, qui ex gentibus per Christum ab errore circumcisii sunt) omni studio in sententiam suam adducere annis non fuerit, non seruatum eos iri adfirmans, nisi eadem secum obseruauerint; itidem ut tu ab initio disputationis fecisti, confirmans, me salvum non fore, nisi ista seruarem. Ille porro: quid ita dixisti, ut mihi quidem videtur, talis saluus erit? an sunt, qui dicant, hujusmodi homines non fore saluos? Sunt, ego respondi, & quidem cum talibus illi neque consuetudinis neque hospitii communionem habere audent: quos ego non collaudio. Sed si ipsi, propter animi imbecillitatem, etiam quacunque nunc possunt ex Mosis constitutionibus, que ob duritiam cordis populi sancita esse intelligimus, una cum concepta in hunc Christum spe, atque perpetuis naturaque comparatis iustitiae & religionis veræ actionibus seruare, & cum christianis fidelibusque viuere voluerint; dummodo illis non suadeant, ut pariter circumcidantur, ac sabbata agant, aliaque, quacunque tandem sunt ejuscemodi, exsequantur: eos recipiendos, & ad communionem rerum omnium, ut fratres, corundemque viscerum homines, admittendos esse, censuerim. Sin, qui generis vestri sunt, in hunc Christum se credere assuerantes, o Trypho, dixi, omnibus modis secundum legem, per Mosen latam, eos viuere cogant, qui ex gentibus in hunc Christum credunt; aut a consuetudinibus,

tudinis istiusmodi commercio eos excludere statuant : consimiliter & hos non suscepimus. Eos vero (ex gentibus fideles) qui, vna cum obseruatione in Christum Dei professionis, in legitimam cum illis consentiant conuersationem, itidem saluos fore non putem.

XIX. Profelytus, Fridericus Guilielmus Tauffenburg, libello suo de christianæ religionis fonte, Christiani Meyeri documenta gloriae Christi inseruit, nulla illius mentione facta.

XIX. Memorabile consilium Busbequii de militum præfectis: in eo vel potissima laboris & curæ pars ponenda, ut homines, armorum & rei militaris peritissimi, conquirantur; a quibus it, quos dico, tirones veris & germanis discipline militaris præceptis formentur. Hos summa virtute, continentia, & sobrietate præditos, nullis avaritia sordibus contaminatos, requiro: ut non modo hanc sobolem, in communis

De christianæ religionis fonte: der wahre Brunn des Christenthums, Frankfurt und Leipzig 1732.

Gloria Christi: Beweisthümer, in welchen gezeiget die Herrlichkeit IESU CHRISTI, 1713.

Inseruit. pag. 74-86.

*muniſ ſalutis ſpem ſuccreſcentem, arte militare
ambuant; verum etiam, vitæ & integritatis
exemplo, ad omnem virtutem erudiant; vtque
eorum fidei hic noſter exercitus, cum eum in
hostem tempus euocabit, recte committi poſſit.
Quibus ſane dueibus periculum non erit, ne,
faſrum militum numerum referentibus, publi-
cum fraudetur ærarium.*

XX. *Supplementum Speciminiſ de ecclē-
ſiarum exoticarum monumentis:
Iefuitarum ſedes in regionibus exteris. Ca-
talogus prouinciarum Societatis Iesu, domo-
rum, collegiorum, residentiarum, Seminario-
rum, & Missionum, quæ in vnaquaque pro-
vincia numerabantur, anno 1679. Antwerp.
Miffiones pontificiæ. Philippi a S. Trinitate
itinerarium, p. 309.*

Turcia. *Della Croix etat des nations etc. p.*

18. 19.

XXI. *Supplementum, ad initia sacrificiorum
ſpectans. Nunc ex variarum gentium monu-
mentis literariis proferri in medium ea debe-
rent, quæ institutæ apud illos sacrificandi cære-
moniæ principia poſſent illuſtrare. Sed præ-
ter scripta quædam Græcorum nihil habemus,
ex quo populorum illorum mores cognoſca-
mus.*

Fraudetur ærarium. *A. Gislenii Busbequii
omnia, quæ extant. Amſtclod. 1660. p.
407.*

mus. Antiquissimus post sacros scriptores, cuius quidem lucubrationes adhuc extent, *Homerus*, poeta, celebratur, qui passim memorat sacra facientium exempla. Scatet ille quidem fabulis, eoque auctoritatis ad probandum expers creditur. Hoc tamen exploratum habemus, ritum illum ejus tempore saltem vulgatum esse oportuisse. Inter historicos primum locum tenet *Herodotus*, qui etiam habet aliquid, quod ad nostrum argumentum spectat, *Ægyptios*, scribit, primos diis statuisse aras, simulca & delubra : item, sacrificandi hunc eis ritum esse : pecude, quæ obsignata fuerit, ad aram, vbi immolaretur, adducta, eos pyram incendisse : deinde, supra pecudem, libato contra templum vino, ac Deo inuocato, eam mactasse : mactatae caput asportasse in forum, si græci negotiatores adfuissent, atque vendidisse illis ; qui si non adfuissent, in flumen abjecisse. Execratos autem capita his verbis : si quid mali aut ipsis immolantibus, aut vniuersæ *Ægypto* futurum sit, id in caput hoc conuertatur. Ex quibus verbis intelligitur : Herodotum non obscure sacrificiorum institutionem tribuisse *Ægyptis*, & putasse, ab his ad reliquas gentes hanc consuetudinem propagatam.

*) o (*

*